Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



·cc·xx·

aulas qui nesciat aliquas uestisti candido. Thoma bartholomee io
hannes philippe symon iacobique paules. Andrea thadee dei bellato
res milites. Cum uos occidens & oriens. Immoteris mundi circulis se
parates habere gaudet & expectat iudices. Et id circo mundus omnis
laudes uobis & honorem sanctis debitum supplex impendit. Johem.
Ps ill' t. Dñe. i. d. ss. Hoc est preceptum meum. ut diligatis inuicem.
Maiorem hac dilectionem nemo habet. ut animam suam po
nat quis pamias suis. Vos amici mei estis. si fecerits que
ego precipio uobis. Iam non dicam uos seruos. quia seruus
nesciat quid faciat dñs eius. Vos autem dixi amicos. quia
omnia quecumque audiui a patre meo. nota feci uobis. Non
uos me elegistis sed ego elegi uos. & posui uos ut eatis. et
fructum afferatis. & fructus uster maneat. Vt quicquid petieri
tis patrem in nomine meo det uobis. Credo unum. Johm.
Ps ill' t. Dñe i. d. s. Hec mando uobis. ut diligatis inuicem.
Si mundus uos odit. scitote quia me priorem uobis odio
habuit. Si de mundo fuissetis. mundus quod suum erat di
ligeret. Quia uero de mundo non estis. sed ego elegi uos de
mundo. propterea odit uos mundus. Mementote sermo
nis mei. quem ego dixi uobis. Non est seruus maior domino
suo. Si me persecuti sunt. & uos persequentur. Si sermonem
meum seruauerunt. & uestrum seruabunt. Sed hec omnia
facient uobis propter nomen meum. quia nesciunt eum qui
misit me. Si non uenissem & locutus eis fuissem. peccatum
non haberent. Nunc autem excusationem non habent. de
peccato suo. Qui me odit. & patrem meum odit. Si opa non
fecissem in eis quod nemo alius fecit. peccatum non habent. Nunc